

sententias pferbat. vnde ait ad Augu.
Nemēto vulgaris puerbij. q̄ bos las-
 sus fornter figit pedem. Scđo habuit lu-
 cidam famam. qđ notat p hoc qđ dicitur
 lucerna sup candelabz posita. Eise autēz
 supra cādelabz ecclesie tribz modis pōt
 intelligi. Vel q̄tum ad officium quia est
 doctor vniuersalis. vel q̄tum ad vite me-
 ritū. qz fuit eminentis virtutis. Et ppter
 ista duo totū mundo erat notissimus. **U**n-
 dicit de eo Aug. qđ ipse tanq̄ lampas ab
 oriente in occidētē instar solis respēduir
 Vel potest accipi q̄tum ad gradus subli-
 mitatem qz fuit in ecclesia dei p̄sūter car-
 dinalis. Tales em̄ sunt in ecclesia sancta
 sublimādi qui vita et doctrina sunt lucidi
 Sicut em̄ deus luminaria in celo posuit
 et bruta animalia in terra dimisit. sic et do-
 ctiores luminosi essent in ecclesia p̄mouē-
 di et bruta es homines relinquendi. **T**er-
 cio habuit lucidam intentōē et p̄scientiā
 cum dō. Si oculus tuus fuerit simplex.
 totum cor tuū lu. erit. Et dicit ibi corpus
 vniuersitas opey. Sicut enim corpus iu-
 ris dō vniuersitas legum. et corpus ciui-
 tatis vniuersitas ciuū. et corpus natura-
 le vniuersitas membrorū. sic corpus mor-
 tale dō vniuersitas opey. Si igit̄ oculus
 intentōis fuerit purus et rectus oīa opa
 eius erunt pura et recta. Isti aut̄ oculo in-
 tentōis quatuor sunt nociua. sc̄. fumus
 supbie. **P**rouerb. x. Sicut acētū denibz
 sic et fumus oculis tē. Fluxus humorū lu-
 xurie **E**zech. xxiij. Sicut fluxus equorū
 fluxus eorū. Puluis auaricie. **p**sal. Ocu-
 los suos sta. decli. in ter. Ignis iracundie
psal. Supcecidit ignis et non viderunt
 solem. nullo tamen istorū modorū oculus
 beati **I**hero. ledi potuit nec fumo supbie.
 qz valde humilis fuit. nec puluere auari-
 cie qz omnia terrena p̄p̄sit. nec igne ira-
 cundie qz patiens fuit. nec etiam fluxu lu-
 xurie qz virginitatem seruauit. Et q̄uis
 dicat i epistola ad p̄machū virginitatē

in celū effero non qz habeo sed magis mī-
 roz qđ non habeo. **C**redit tñ qđ ex humi-
 litate hoc dixerit. et forte virginitatez. iō se
 habere non reputabat qz carnis incēna
 sepe p̄p̄sus fuerat. **U**nde ait in epistola
 ad rusticū monachū. **N**e nobis qui quoz
 tiens p̄cupiscimus toriens fornicamur.
Et p̄ra **I**ouinianū sic ait **I**lla v̄ginitas
 hostia xpi est cuius nec mentes cogitatio.
 nec carnem libido maculauit. **E**x quibus
 verbis satis colligit̄ ex quo sensu dixerit
Ne virginitatem non habere. **Q**uattro ha-
 buit lucidā vitā cum dō. Si ergo totum
 corpus tuū lucidū fuerit tē. **I**lla namq̄
 opa sunt lucida que ab oī amore terreno
 sunt purgata **S**unt aut̄ quedā terrena in
 quibz homo h̄z solā am̄mistrationē sicut
 bona ecclesiastica et ista relinquere ē p̄fec-
 tio magna. quedā vero sunt que h̄z possi-
 det p̄ hereditariā successionē sicut sunt bo-
 na paterna. et ista relinquere ē p̄fectio ma-
 ior. quedā vero sunt que possidet p̄ p̄p̄iū
 studiū sicut sunt bona p̄p̄iis laboribz ac-
 quisita. et ista relinquere est p̄fectio maxi-
 ma. **B**eatus vero **I**hero. ante p̄fectionis
 fuit qđ reliquit bona ecclesiastica. qz cum
 esset cardinalis. officio et beneficio cessit.
Reliquit paterna bona qz oēz hereditatē
 deseruit et ob amorē ap̄loz romam venit.
Bona v̄o p̄p̄iis manibz acquisita si ha-
 buisset reliquisset. vnde dicit in plo. **J**ob
Si aut̄ ficellā iūco tererē. aut palmarum
 folia p̄plicarem vt in sudore vultus mei
 resceret pane meo nullus reprehenderet.
Nūc aut̄ qz iuxta sniam saluatoris volo
 opari cibū qui non perit. error mibi geni-
 nus crescit et infigit̄.

De sancto Francisco p̄fessore.

Sermo primus.

Qui sanctus est
 sanctificet adhuc tē. **A**m. xxiij.
Sc̄i viri q̄tūcūqz sunt sc̄i corde. nullo
 min⁹ sc̄ificari volūt in corpe. ij. **C**oz. viij.

De Sancto

Francisco

Emundemus nos ab omni inquinamen-
to carnis et spūs. ps. Cor meum et caro me-
a exultauerunt in deum uiuom. **I**sta duo
excellenter habuit beatus franciscus. scili-
cet corpus sanctum et animam ut de eo ve-
racter dici possit. **Q**ui sanctus est scz in ai-
ma sanctificet adhuc in corpore. **P**rimo
siquidē habuit corpus sanctū. qz omnia
que in ipso fuerunt scā erant. **I**ncipiam?
igitur a capite descendamus vsqz ad pe-
tes et videbimus qd a planta pedis vsqz
ad verticem non erat in eo nisi sanctitas.
Sancti siquidē fuerunt capilli beati **F**rā-
ncisci. Cum enī domus cuiusdā minaretur
ruinā ille modicū de capillis eius accepit
et in scissuras posuit et domus firma pma
fit. quam nimirū sancti viri capillus stabi-
luit fragilis. **S**ecundo fuerunt scī oculi
eius. de quibz ipē deuotas lacrimas emit-
tebat et tantas et tam assiduas ut infirmi-
tatem incuteret oculorū. **E**t cum monere
mur sibi a fletu parceret rīdebat. **N**on ē
ob amorem luminis qd comune habemus
cū multis expellenda in eterna visitatio lu-
cis. **T**ercio sancte erant aures eius. que
vocem diuinā et iubilationem angelicam au-
dire meruerunt. **T**ribo namqz vicibus diui-
nam vocem audire pmeruit. **P**rima erat
vox paterne increpationis quā in apulīā
pfectus audiuit. **Q**uis potest tibi meli?
facere dñs an seruus. diues an paup. **E**t
tunc autem amor terrenorū sibi uiluit. et in
amorem dei totus exarsit. **S**ecunda fuit
vox magne eruditionis quā audire meru-
it in hec uerba. **F**rancisce amara p dulcibz
sime. et teipm premne si me cupis et uelis
agnoscere. et istam vocem non surda aure
audiuit. sed oīa aduersa gratanter sustinu-
it. et de suo corpore non curauit. **T**ercia fuit
vox magna amoris quā vocem audire me-
ruit qñ scz crucifixus sibi de cruce locutus
est dicens. **F**rancisce uade repara domuz
meam que ut cernis tota destruit. **A**b il-
la autem hora in amorem et passionē cru-

cifixi eius anima fuit totaliter liquefacta
Sanctus etiā franciscus audiuit angeli-
cam iubilationem. **C**um enim semel egro-
raret angeli sibi dulcissimū edidere pcenti-
um. ex qua iubilatione eius aīa magnū re-
cepit gaudiū et corpus magnū alleuiamē-
tum. **Q**uarto fuit sanctū os eius. uerba
enim que de ore francisci pcedebant rāte
fuerunt uirtutis qd si quē benedicebat be-
nedictus erat. sicut bene pz in illo qui uxo-
rem suā a salubri pposito impediebat. cui
sanctus uir suam benedictionem misit di-
cens. **F**ili nunc tempus est mīe. et postea
tps est equitatis. **A**d qd uerbū ille fuit p-
tinus immutatus. **S**ed et si aliquē male
dicebat ille erat maledictus. **U**nde cū qui
dam suis agnū mansuetissimū comedisset
illi maledixit. et statim illa sus mortua fu-
it. **E**nam cum quedā puella fuisset lumie
oculorū priuata. et uir dei de spūto suo ei?
oculos limiūisset. illa puella prius est cu-
rata. **Q**uinto fuerunt scē manus eius.
que fuerunt stigmate psecrate. ita qd eā
que tangebant sancta erant. **N**am sepe pa-
nis ab eo tactus infirmos comedētes sa-
nabat. **Q**uidam enim cum inter nives ge-
lidas deficeret. manibz beati **F**rancisci cō-
treatus mox fuit in cordet corpore mi-
rabiliter inflammatus. **N**ec mirum si ille
manus frigidus inflammant que ignitos
carbunculos. id est christi stigmata defere-
bant. **S**exto sancte fuerūt ungues eius.
Cum enim quidā frater temptaret de un-
guibz sancti patris francisci habere cupie-
bat. qd ille in spū recognoscens dixit ei.
Ueni fili psecide mibi ungues. **I**lle autē
cū leticia iussa cōplens pro reliquijs pre-
cisuras ipas seruauit. et omni temptatio-
ne fugata multam p̄solationem recepit.
Septimo sancta fuit scriptura eius. **C**ū
enim quidam frater temptaret cogitare
qd si de scriptura beati francisci aliquid ac-
ciperet omnem temptatōnem uicere possz.
Quod ille in spū recognoscens fratre illo

De Sancto

vocato quasdam laudes ei in cedula scripsit et sibi dedit et omnis temptatio ab eo recessit. **S**exta sancta fuit corda ei? Cum enim quidam corda qua vir dei fuit accinctus cum deuotione seruaret cordam illam sepe in aqua intrinsebat et omnes infirmi ex illa aqua potantes efficiebantur sani.

Nono fuit sanctum corpus eius. cum quod fuit lateris vulnere dedicatum. cum quod erat duobus ensibus crucis promunitum. cum quod erat omni puritate mundum. Unde cum quadam vice in carne sua videretur mortis aliquis pullulare. castitatis amator corda se fortissime retraxit dicens. Eya frater a fine sic oportet te manere. sic subire flagellum.

Decimo sancti fuerunt pedes eius. quod fuerunt christi stigmatibus persectari. Unde cum oues et boues in provincia reatina pestis persumeret quidam aqua cum qua pedes ipsius loti fuerant cum deuotione reseruans animalia illa aspsit. et mox omnis pestilentia ab illis animalibus euauit.

Secundo anima eius fuit sancta. unde cum anima dei eius corpe extret visa est in specie stelle. cuius magnitudo adinstar lune. lux vero adinstar solis esse videbatur. Ista stella fuit anima beati Francisci que adinstar lune erat magna propter immensum amorem. quod secundum Bernardum.

Qui caritatem magnam habet est beatus et magnus. qui vero paruam habet caritatem paruus est. qui nullam nullus est. Adinstar solis erat lucida propter dei cognitionem et adinstar stelle fuit incorrupta propter cognitionem et dilectionem perpetuam retentionem. hoc significatur est quod quibusdam fratribus apparuit in specie curvus ignei mirandi splendoris. super quem globus igneus lucidus splendebat. qui solis habens splendorem noctem perterit in diem. Ideo autem apparuit in curvo igneo. quod eius anima posita est in fornace caritatis accense. id est globus lucidus quod immersa est in lumine diuine sapientie. ideo adinstar solis quod tota deificata est. et id est segura est de eterna possessione.

Francisco

De eodem

Sermo. 8.

Vidi alter angelum ascendente ab ortu solis habentem signum dei viui. Apo. vii. Christus autem prius mundum aduentum qui erat aduentus misericordie. premisit angelum. scilicet beatum iohannem baptistam. Antevtero secundum aduentum sue iusticie premisit alter angelum. scilicet beatum Franciscum. In premissis autem verbis manifeste beato francisco ostendunt. Primo quod erat homo angelicus. cum dicitur Vidi alter angelum. In angelo siquidem sunt quatuor commendabilia. de quibus dicit apostolus. Qui facit angelos suos spiritus sancti. scilicet obedientie velocitas. ideo dicit angelos suos. id est nuncios. magna puritas. id est subdit spiritus magna humilitas. ideo dicit et ministros suos. et seruens caritas. ideo dicit ignem videntem. Propter ista quatuor beatus franciscus angelo assumulatur. Primo propter obedientie promptitudinem. Quatuor siquidem deus beato francisco precepit. Primo ut aduersa letanter acciperet. Secundo ut semper mensum preberet. dicens Franciscus amara per dulcis sume. quo ad primum. Et reipsus prene si me cupis agnoscere. quo ad secundum. Tercio ut suam ecclesiam repararet. cum sibi dixit. Franciscus vade reparare domum meam. Quarto ut in se tantum et non in aliquo homine speraret dicens. Quis potest tibi melius facere. dominus an seruus. dives an pauper. Ad ista quatuor precepta que ei deus precepit valde obediens fuit. Primo quod aduersa letanter sustinuit. unde ipse dixit. Tantum est bonum quod expecto quod omnis pena me delectat. Dixit etiam de eo quod malebat de se audire vituperium quam laudis preconiium et cum pueri post eum current et lutum proicerent ipse sepe ad omnia paratus fuit.

Psalmus. Obprobrium et probrium ceciderunt super me. Secundo seipsus precepit quod se maximum peccatorem reputauit. unde cuidam suo fratri interroganti quam opinionem de se haberet respondit. Videor mihi esse peccator maximus?

pri. **Thimo. i.** Christus venit in hunc mū-
dum peccatores saluos facere quoz pri-
mus ego sum. **Tercio** ecclesiā dei verbo et
exemplo repauit. **i. Thio. iij.** Scias quō
oportet te in domo dei puerari et. **Quar-**
to spem suā in solo deo posuit. **Unde** sepe
dixit p̄suevit cum p̄p̄ta facta cogitatū
mum in dño et ipse te enutrit. **Scdo** as-
similat angelo p̄pter suam puritatem. **La-**
borauit nāq; dyabolus in cor beati Fran-
cisci quadruplicē suggestionē immittere.
Aliqñ suggestionē fraudulente vt cum a
seniore spūs reuocaret dicens. Nullus ē
peccator cui penitenti deus nō indulgeat.
sed nimis se affligenti miam denegar. **Ipe**
aut istam suggestionem vicit per sapientiam
et discretiōem sciens qd p hoc volebat ipsum
a seniore reducere. **pri. Johan. iij.** Nolite
oī spūs credere sed p̄bate spūs si a dō sunt
Aliqñ suggestionem p̄cupie. sed istā sug-
gestionē deuicit per carnis mortificationem
Nam mō cū corda se grauiter reberaue-
rat. mō se in niuem magnā p̄iciebat. mō
cibos ne palatum allicerent aqua frigida
vel anere p̄micebat. **Gala. iij.** Mortifi-
cate membra vestra que sunt sup̄ terram.
Aliqñ materiam auaricie qñ in via saccu-
lum plēnū pecunijs repperit sed nullo mō
accipere curauit. **Tandem** a socio molesta-
tus apertū iussit. et ecce serpens inde exiit
cum ipso euauit. **Phil. iij.** Dia arbitroz
vistercora vt xpm lucrificiā. **Aliqñ** ma-
teriam impatie. sicut qñ ipm grauiter ver-
berauit. **Debe. x.** Patientia dei est vobis
necessaria. **Nec** mirz si dyabolus nunq̄m
in cor eius intrare potuit. qz fortissime mu-
nū fuit. **Quidā** enim vidit beatū francis-
cum fortissimis ensibz duobz in modum
crucis signatū. quoz vnus a capite ad pe-
des. alijs aut a manu ad manū tendeba-
tur. **Si** enim dyabolus volebat in illū in-
trare a superiori parte p fraudulentiā. ibi
incidebat ense sapientie. si ab inferiori per
p̄cupiam ibi incidebat ense castitatis et cō-

tinentie. si vero a dextris p̄p̄speritatem et
auanciam ibi incidebat ense fragilitatis et
tpantie. si a sinistris p̄ aduersitatem et im-
pariam ibi incidebat ense magnanimitatis
et patientie. **Tercio** assimilatur angelo p
excellētē humilitatē p̄pter quā quadru-
plicem meruit exaltatōem. **Primo** exal-
tatus est in eccia. qz factus est eius susien-
tator. **Unde** summus pontifex cū latera-
nens. basilicā subito minari ruina p̄spiceret
vidit beatū franciscū eam suo dorso suppo-
sito sustentare. **Ecc. ix.** Civitas pua et vi-
ri pauci in ea. **Viri** quidē multi sunt in ec-
clesia numero sed pauci in ea sunt merito
Veni p̄tra eam rex magnus. i. dyabolus
et. **Scdo** exaltatus ē in fama. qz totū mū-
do fuit admirabilis et preclarus. **Ecc. xj.**
Est hō abundans paup̄rate et oculus dei
respexit illum in bonis. **Tercio** exaltatus
est in doctrina. qz factus est fructuosus p̄-
dicator. **Ecc. xj.** Sapia humiliari scz bea-
ti francisci exaltabit caput illius. et in me-
dio magnatorū. i. predicatorū p̄sedere eum
facit. **Quarto** exaltatus est in gloria. qz
factus est ciuitatis celestis summus inhē-
rator. sicut p̄ in visione habita de sede sub-
limi. **Job. xxi.** Qui humiliatus fuerit in
gloria erit. **Quarto** assimilatur angelo p̄-
ter feruentem amorē. **Ipe** enī totus fuit
dei amore plenus. qd p̄ per quatuor fig-
na. **Primo** per corporis eleuatōem. quia
sepe cū oraret visus est totus a terra sub-
leuari. **Ista** namq; subleuatio corporis mē-
tis eleuatōem significat. **Scdo** per corpo-
ris calefactōem. **Interrogatus** enim quō-
tam tenui tunica posset a frigore arceri. rē-
dit. **Si** ignis spūs sancti interiorius nos ca-
lesceret. caro n̄a exteriorius frigus non sen-
tiret. **p̄s** Inflammatus est cor meū et renes
mei p̄mutati sunt. **Tercio** p̄ mentis eleua-
tōem. **Sancti** enī viri in mentis excessum
rapti exteriorius insensibiles redduntur. qz
ab amoris violentia totaliter interioris ab-
sorbentur. **Unde** quada; vice cū sanctus
G. j.

Franciscus a populo pprimere insensibilis p omnia videbat. *ij. Cor. xij.* Scio homines in christo siue in corpore siue extra corpus. *ic.* Quarto p ignis exterioris ex tinctio. martyres enim dei ideo sepe vim ignis non sentiebant qz ignis amoris ipsos frigidus reddebat. Ideo beatus franciscus soldano dixit q cum sacerdotibus suis ignem intraret et ille quem dei clementia ptegeret veram fidem haberet. Sciebat enim q ignis exterior cessisset ardor fidei et ignis amoris interni. *Origenes.* Mirabile genus medicamenti vt ignis ignibus extinguat. Scdo fuit ho virtuosus qd notat cum dicit. Ascendente ab ortu solis. In hoc enim q ascendit cum sole notat q totus fuit illuminatus inflammat. et deificus. Primo ascendit totus illuminatus. id totu mundu tenebrosu illuminauit. *Apo. xviij.* Vidi alium angelu ascendentem ab ortu solis. *ic.* Et sequitur. Et terra illuminata est a gloria ei. Terra namq est obscura sicca et frigida. Et significat mundu vbi sunt multi obscuro. id e. erronei multi frigidi. i. negligentes et tepidi multi duri. i. obstinati. *Gene. i.* Terra erat inanis. inanis quo ad tepidos. et vacua quo ad duos. et tenebre erant super facies abyssi. quo ad obstinatos. Venit aut sanctus franciscus portans secum tres radios. scz radium doctrinae. p que illuminauit obscuros. radium exemplorum per quem inflammat tepidos. et radium miraculorum p quem puerit obstinatos. *Eccle. xliij.* Expliciter sol exurens montes. *ic.* Ipse enim excussit ignorantia in erroneis radio doctrinae. negligentiam in tepidis radio exemplorum. et duriciam in obstinatis radio miraculorum. Scdo ascendit totus inflammatus. habuit enim carbonem accensos in ore qz habuit ignita vba. *Eccle. xlvij.* Surrexit helias quasi ignis. In corde. qz habuit ignita desideria. *Luc. vi.* Nonne cor nostru ardens erat in nobis. *ic.* In cor

pore qz habuit ignita stigmata. *Eccle. xxxviij.* Vapor ei vixit carnes eius. In sua actioe qz habuit ignita opa. *Iob. xxxvij.* Nonne vestimenta tua calida sunt. *ic.* Tercio ascendit totus deificatus. ex eo enim q cum sole ascendit. eius similitudinem induit p stigmata que portauit. *Mat. xvi.* Si quis vult venire post me abneget semetipsum et tollat crucem suam et sequat me. Tercio fuit homo diuinus. et hoc tangit cum dicit. habentem signum dei viui. Illud signum portauit in corde p amoris vulneracione. *Can. Vulnerata caritate ego sum. ic.* In corpore p maceracionem. *ij. Cor. iij.* Super mortificacionem ihesu in corpore vestro circumferetes. In pectore p stigmatu impressi onem. *Can. vij.* Pone me vt signaculu super cor tuum. Hoc refert ad vulnus cordis. p amorem vt signaculu super brachiu tuu. hoc refert ad vulnus stigmatum per impressionem. qz foris est vt mors dilectio. hoc refert ad vulnus corporis p maceracionem. Sancti enim vita p dilectionem quam in se feruenter gerunt. omnia vicia in se extinguunt.

De stigmatibus sancti Francisci.
Sermo. iij.

Ego enim stigmata domini nostri ihesu christi in corpore meo porto. *Gal. vi.* In his verbis que ad honorem beati francisci legunt tria implent. *ic.* Primu est qz stigmata portauit qd fuit indicium maxime caritatis. Quinqz ei fuerunt in corde eius que fuerunt causa stigmatum in eius corpore. Primu fuit vehemens imaginatio. q autem imaginatio imprimat paret per duo exempla que ponit. *Iero. in glo. Gen. xxx.* Unum est q du quedam mulier ethiopem peperisset. et ex hoc a viro suspecta haberet. inuentum est hoc sibi accidisse ex quadam imagine ethiopis quam ipsa pserit. Aliud exemplum e q cum quedam mulier filium parentibus omnino dissimilem peperisset. et ex hoc sus

pecta haberetur. inuentus est q̄ talis yma-
go in cubiculo habebat. **D**icit enim phi-
lofophus in libro de animalibus q̄ cū que-
dam gallina gallū vicisset. galline ex yma-
ginatōe victorie crista et calcaria sunt exor-
ta. Sanctus ergo franciscus in visione si-
bi facta ymaginabat seraphin crucifixum
et tam fortis ymaginatio exiit q̄ vulne-
ra passionis in carne sua impressit. **S**e-
cundū fuit velxmens dilectio. q̄ enim a-
mor habet virtutem imprimendi dicit hu-
go de sancto victore. Scio anima mea q̄
quicquid diligis in eius similitudinē tui-
formaris. Quia igit amor passionis dñi
ce in corde beati francisci ardebat fortiter
et feruenter. ideo in carne sua faciebat mu-
tabilia. **P**rouer. vi. Nunquid potest ho-
mo ignem abscondere in sinu suo vt vesti-
menta non ardeant. Tercū fuit velxmens
admiratio. q̄ enim admiratio imprimat
ostendit aug⁹. p̄tra iulianū. adducens exē-
plum ouis iacob. q̄ ex quadā admiratōe
virgā fetus varios p̄cipiebant. videbat
aut franciscus seraphin crucifixū. et admi-
ratōe et stupore nimio replebat. **E**zech. i.
Vidit erat visio discurrens in medio alba
lium splendor ignis. et de igne fulgor egre-
diens. Quartū fuit velxmens meditatio
Qd aut meditatio imprimat sufficienter
p̄ Eccle. rñ. vbi dicit. Frequens meditatio
carnis afflictio est. In meditatione mea
exardescit ignis. Istam meditationem ha-
buit franciscus qui passionem xp̄i quoti-
die meditari non cessauit. **D**euterono. vi.
Meditaberis sedens in domo tua. Qu-
tum fuit velxmens ipsius passio. q̄ aut
passio imprimat patet. q̄ gallina ad su-
os pullos tanta passione afficit. q̄ tota
insumari videt. Sic franciscus ad christi
passionē tanta passione mouebat vt cur-
eius passio in mentem eret totus liquefi-
eret. ac vir a lacrimis prineret. **C**antic. v.
Anima mea liquefacta est vt dilectus lo-
cutus est. **S**ecundo p̄ hoc q̄ portauit

stigmata domini ostenditur q̄ fuit preco-
mium maxime familiaritatis. **C**ristus em̄
dedit beato francisco stigmata tanq̄ arma
sua. vexilla sua. sigilla sua. et testimonia
sua. Ipse namq̄ erat miles xp̄i. signifer
xp̄i. legatus xp̄i. et preco xp̄i. Quia igitur
erat miles xp̄i ipse xp̄s dedit sibi stigma-
ta tanq̄ arma sua. **H**oc p̄ ex eo q̄ visus
est munitus duobus ensibus in modū cru-
cis. Ita q̄ dyabolus non poterat intrare
in cor suū. nec a superiori per aliquam va-
nam spem. nec ab inferiori per aliquē inor-
dinatū amorē. neq̄ a dextris per aliquam
inordinatam lenitiā. nec a sinistris per ali-
quem inordinatū dolorem. **S**cdo fuit si-
gnifer xp̄i. ideo dedit sibi stigmata tanq̄
vexilla sua. Ad vexilla siquidē regalia ho-
stes terrent. qui fugerant reuertunt. prin-
cipes animant et ceteri p̄gregant. **L**egitur
q̄ quidam ex reuelatōe diuina vidit cru-
cem aureā ex ore francisci. p̄cedentem. cui-
us summitas celū rangebat. cuius bra-
chia videbant vsq̄ ad fines mundi exten-
di. **P**er hoc q̄ summitas celos rangebat
significabat q̄ angeli ad visionē stigma-
tum traherant in magnam admiratōem.
Per brachiū inferius significabat q̄ de-
mones ducebant ad magnam p̄fusione.
Per brachium sinistrū qd̄ predebant ad
aquilonē significabat q̄ peccatores in dei
amore frigidi puocabantur ad p̄uersionē.
Per brachium dextrū quod predebatur
ad austrū significabatur q̄ fideles in dei a-
more feruentes inducebant ad deuotōem.
Tercio q̄ erat legatus dei idcirco dedit
sibi stigmata tanq̄ signa sua. Ip̄e quide-
tanq̄ legatus christi bullam summi pon-
tificis secum ferebat. **U**nde et in vita sua
signo thau litteras sigillare consueuerat.
Tanq̄ legatus signa pontificalia secum
deferbat. **U**nde quidam in eius fronte vi-
dit signum thau varietate colorum distin-
ctum quod eius frontem miro venustabat
ornatu. **T**anq̄ legatus p̄tra remittebat.
G. ij.

Unde cuidam cum baculo qui figuram
 tibi in se habebat. apostema fregit et sana-
 tus fuit. tanquam legatus benedictionem da-
 bat. Unde appropinquante hora mortis
 in modum crucis manibus cancellatis fra-
 tres benedixit. Tanquam legatus synodo in-
 tererat. vnde cum quadam vice a puinciali
 capitulo corporaliter defuisset. visus est a
 quodam ibi consistere in spiritu et in modum
 crucis fratres benedicere. Quarto quod erat
 prece dei. dedit stigmata tanquam signa vel
 testimonia sua. ut ab omnibus prece dei cog-
 nosceretur. et verba illius quasi ex ore dei re-
 cipere. *Ille. xv.* Si sepaueris proosus
 a vili quasi os meum eris. Unde cum quidam
 rustici eum interrogarent quis ipse esset et
 ipse se dei preconem esse diceret. eum in ni-
 ues proiecerunt dicentes Jace ibi rustice
 prece dei. Tercio ostendit per hoc quod stigma-
 ta in corpore suo portauit quod fuit argumen-
 tum omnimode veritatis. quod multipliciter
 ostendi potest. Primo ex seraphica visione
 vidit enim cum christi passionem meditando
 reuolueret vnum de seraphim sex alas ha-
 bentem. et inter alas erat effigies christi cru-
 cifixi. disparens autem in corde suo mira-
 bilem reliquit ardorem et in corpore suo sti-
 gmatum impressionem. Secundo ex sangui-
 nis emissionem. Ex tertio enim latere tanquam
 lancea transfixo sepe sanguis exibat. qui ru-
 nicam et femoralia respicebat. Alias enim
 sanguinem non emisisset. si vera stigmata
 non fuissent. Tercio ex sensibili dolore. cum
 enim quidam frater scapulas eius perfica-
 ret et vulnus lateris sic tetigisset. beatus
 franciscus ad eius tactum dolorem sensit
 maxime exclamauit. Alias enim dolor ibi
 non sentiret nisi vera stigmata haberent.
 Quarto ex multorum fideli attestacione. quod
 multi tamen in vita quam in morte ista stigmata
 viderunt tetigerunt et osculati fuerunt. *j.*
Joh. j. Quod audiimus et quod vidimus
 oculis nostris etc. Quinto ex multorum mi-
 raculorum ostensione. nam ex signis ipsis mo-

certificat dubios. sicut pater in papa gre-
 gorio. modo inuatur deuotos. sicut pater in
 milite sibi deuoto qui letaliter fuit vulne-
 ratus. modo puerit incredulos sicut pater
 in clerico de eius stigmatibus dubitanti. et
 in manu sua vulnus recipienti.

De eodem Sermo. iij.

Uenite ad me omnes qui labora-
 tis et onerati estis et ego reficiam
 vos. *Matth. xi.* In primum euange-
 lio quatuor persone inuitantur ut ad christum
 veniant. scilicet fatigati. id est auari qui sunt in co-
 tinuo labore. onerati. id est superbi. quod superbia
 nimis est ponderosa. famelici. id est luxuriosi.
 et separati. id est sine iugo discipline diuisi. *Di-*
cat ergo beatus franciscus. Vos fatigati
 labore auaricie venite ad me pauperem et
 refouebo vos. Vos onerati pondere sup-
 bie venite ad me humilem et alleuiabo vos
 Vos autem famelici fame concupiscentie.
 venite ad me amore dei fragrantem. et ego
 reficiam vos. Vos diuisi a iugo discipline
 venite ad me iugum obedientie ferentem
 et ego pacificabo vos. Habet igitur fran-
 ciscus paupertatem per quam fatigatos la-
 bore auaricie refouebat. Cuius autem pau-
 ptas fuit spontanea. cum enim quadam
 die euangelium legeret. in quo dominus
 discipulos sine auro et argento et calcia-
 mentis mittebat continuo ad omnia im-
 plenda se accinxit. Secundo fuit extrema. quod
 nudus ad persequendum venit. quia etiam cum
 vestibus patris auaricie resignauit et nu-
 dus de mundo exiuit quod nudus super nudum
 humum se posuit. Tamen extrema fuit quod
 non solum pauper. sed paupertas poterat
 appellari. sicut pater in tribus mulieribus
 que ipsum taliter salutauerunt. Tercio eius
 paupertas fuit humilis et deuota. libenter enim
 utebatur elemosinis ostiariam quesitis quam
 sponte oblati dicens illum panem esse
 angelicum. quia dabatur inspirationibus
 angelorum. *Psalm.* Panem angelorum manduca-
 uit homo. Secundo habuit humilitatem

pfundam per quam oneratos pre superbia alleuiabat. cuius humilitatis quinque sunt gradus. Primus est laudes hominum fugere. Valebat enim de se audire vituperium quam laudis preconiium. Unde cuiusdam fratris preceperat ut cum populus eius laudaret. ipse in eum verba vilitatis inferret. Secundus gradus est humilia sentire de se. Unde a quodam fratre interrogatus quam opinionem haberet de se. respondit. videoz mihi esse maximus peccator. Tercius est in hac vita semper de se timere. Unde ut cum ab aliquo apostolo beatificaretur dicebat. Noli me laudare tanquam sanctum. adhuc filios et filias habere possum reuerentes ad seculum. nemo laudandus cuius incertus est exitus. Quartus est in senioribus obedire. voluit enim magis subesse quam preesse. Unde generali cedens officio gardiani parebat voluntati et socio suo cum quo ire solitus erat obedientiam permittebat. Quintus gradus est de opprobriis hominum non curare. Unde cum ipse hyemali indutus panniculis orationem tremebundus insisteret. dixit ei quidam ut de suo sudore unam sibi nummatam venderet. ille respondit. Non tibi sed domino meo vendo. Tercio habuit dei amorem feruentem per quem percipiente fame oneratos spiritualiter reficiebat. Cuius amor feruidus per orationes feruidas quas faciebat. Cuius namque orationes fuerunt multe dulcedinis. feruoris virtutis. preteritis et gratie. Tante dulcedinis ut in eo facerent mentis excessum et eleuationem. Tanti feruoris ut in eo inducerent corporis eleuationem. Tante virtutis ut in hominibus facerent magnam immutationem. Unde cum per quodam abbate oraret. ille subito tantam sensit immutationem et dulcedinem mentis quantum in vita sua non fuerat expertus. Tante potestatis ut dyabolo faceret magnam confusionem. Cum enim ciuitatem assisqz totam illam regionem draco videret absorbere. ille orauit. ac statim euauit

draco. Tante gratie ut sibi impetraret peccatorum remissionem. Cum enim quadam die peccata deslueret. a spiritu sancto certificationem accepit quod dominus sibi peccata sua dimisit. Quarto habuit perfectam obedientiam per quam illos qui erant sine iugo discipline pacificauit. Cuius obsequia tanta fuit. quod non tantum obediebat suo superiori. id est deo. non solum suo equali. id est cuiuslibet alteri prelato sed etiam suo inferiori quod gardiano suo obedientiam permittebat. Et quod sic obediens fuit. idcirco omnia elementa et omnes creature sibi obediebant. Aer namque induit nouam claritatem. quod cum ipsum et solum suum caligo tenebrosa inuolueret. ad eius ordinem tandem tanta claritas radiauit quod ipsos usque ad hospitiolum leuiter perduxit. Ignis induit nouam lenitatem. quod cum ipse ex nimio fletu oculorum dolore infirmitateque incurtisset et oporteret se cum ignito ferro coactum fieri. ille semper candens signauit quod nullum dolorem sensit. Aqua induit nouam tranquillitatem. quod cum quidam nautae naufragium formidarent. inuocato eo tranquillitas est secuta. Aquam etiam induit nouum saporem. quod ad eius ordinem in vinum optimum est conuersa. Terra induit nouam fertilitatem quod per eius merita sepe fertilitas magna fuit. Cuius etiam ordine terra fontem aque dedit. Obediebant etiam ei cerere creature. scilicet creature que habent tantum esse. sicut per in lapide quo caput mulieris continetur. Que habent viuere. sicut pater in petrocolio miraculose inuenio. Que habent sentire. sicut pater in auiibus in quibus homo propter peccatum triplex amisit dominium. quod a ues audita voce fugiunt et se pertractari non permittunt. et uiso homine a cantu desistunt. Sed reuera ei obediebant. quod vocatexmiebant. et se ab ipso tangi permittebant. et iussu cantabant. et iussu subiacebant. sicut in legenda continetur. Obediebant etiam ei creature que habent discernere. scilicet homines. non solum uiui sed etiam mortui. quia plurimos suscitabat. Obediebant

etiam ei creature intellectuales. scz angeli non solum boni qui coram ipso in inferni tate posito dulciter cantauerunt. sed etiam mali qui ad eius imperium sepe fugerunt. Unde cum ciuitas reatina intestino bello piter. vidit supra portam demones exultantes. vnde socius de eius mandato clamauit. Ex parte dei omnipotentis et iussu ferui ei? francisci. discedite demones vniuersi. et statim demones fugerunt et sunt fugati. et ciues pacificati.

De sancto Dionisio martyre.

Sermo primus

Quidam viri ad-
herentes paulo crediderunt. in qui-
bus dionisius ariopagata. **Actu. xvij.**
In ista colluctatione quam habuit paulus
cum dionisio stoicis et epicuris quatuor
ternarii ponunt. sicut ex ipso textu mani-
feste habet. **Primus** ternarius est. qz ibi
sunt quidam iridentes. quidam dubitan-
tes et quidam credentes. Iridentes erant
qui dicebant. quid vult semiuerbis iste
dicere. Dubitantes qui dicebant. audie-
mus te de hoc itez. **Dionisius** autem non
erat de numero iridentium. sed de numero
dubitantium. et tandem factus est de numero
credentium. Unde **aug.** in quodam sermone
tractans verba predicta. Inter iridentes
et credentes medij sunt dubitantes. Qui
iridet cadit. qui credit stat. et qui dubitat
ille fluctuat. Audiemus te inquit de hoc
itez incerti an casuri essent cum iridentibus
an staturi cum credentibus. **Hodie** autem
iste ternarius multum viget. Sunt namque
multi iridentes. **Prover. xv.** Stultus
iridet disciplinam patris sui. et tales a deo
iridebunt. **Psal.** Qui habitat in celis iri-
debet eos etc. Sunt etiam multi dubitan-
tes qui nec cadunt cum iridentibus. nec stant
cum credentibus sed fluctuant cum hesitantibus
Ja. j. Qui hesitat similis est fluctui maris

qui a vento mouetur et circumfertur. **Pauci**
autem hodie sunt veri credentes. qui scz
habent fidem cum spe vera et cum dilectione
sincera et cum operatione sollicita. **Luc. xviij.**
Filius hominis veniens putas inueniet
fidem in terra. **Secundus** ternarius est.
quia ibi erant quidam epicuri. quidam stoici
et quidam christiani. Isti autem in aliquibus
pueniebant et in aliquibus discoueniebant.
Conueniebant namque in appetitu beatitudi-
nis. sed discoueniebant in modo appetendi.
Appetitus ei felicitatis obiectum est corpus. **Aug.**
De philosophi disputando studendo et
vivendo perierunt apprehendere vitam beatam
Appetitus autem vite beate philosophis et christianis
et bonis et malis est corpus. Discoueniunt
autem in modo. Epicuri namque ponunt summum
bonum in voluptate corporis. stoici vero in
virtute animi. sed christiani in dono et gra-
tia dei. Est et alia puenientia et differentia
quam ponit **Beda** inter epicuros stoicos
et christianos. nam epicuri ponunt felicitatem
hominis in solo corpore persistere. Stoici in
sola anima. sed paulus et christiani ponunt
in corpore et in anima non in presenti nec ex se.
sed ex gratia dei. Epicuri igitur ut dicit beatus
Aug. in predicto sermone dicunt. Co-
medamus et bibamus cras enim moriemur.
Christiani vero non dicunt. comedamus
et bibamus. sed potius dicunt aut dicere
debent. Ieiunemus donemus et oremus
cras enim moriemur. Aut si hoc tria nolunt
dicere. saltem dicant duo scz ista duo. do-
nemus et oremus potius quam ieiunemus.
Stoici autem dicere possunt. virtutem animi
a nobis habemus et possideamus cras enim
moriemur. Credebant enim virtutes polli-
ticas a se habere et sic se beatos esse. **Hodie** autem
sunt multi epicuri. de quibus dicitur ad **Phil. ij.**
Quorum deus ventris est et gloria in confusione
eorum qui terrena sapiunt. Multi stoici qui
de se et de sua virtute confidunt. **Psal.** Qui
confidunt in virtute sua et in multis diuinis.
sua. **Glosa.** Pauci vero hodie repugnantes